

Aduertencias para

suntio ordinari. quo ad fratres nu. 38. Quam concessionem magnam esse, dicit pater à Veracruce in suo Compendio Indico, Absolutio. 2. maximè post confirmationem priuilegiorum factam post Concilium Tridentinū, vbi nonnulla priuilegia fuerunt restricta.

38 ¶ Idem Leo. 10. concessit Monialibus Sancte Claræ, [& per cōsequens omnibus aliis Mēdicantibus,] ut in omnibus sollemnitatibus Domini Sabbaoth, & Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum, & Beati Patris Nostri Francisci, & Sancte Claræ, possint Confessores earum in suis cōfessionibus eas plenariè absoluere, & Pœnitentiam salutarem iniungere. Ex Compendio verb. Absolutio extra ord. quo ad fratres. nu. 8. Pater Magister Alphonsus à Veracruce in suo Compendio vbi supra, dicit, quod Fratres Prædicatores vti possunt hac cōcessione in festo Beati Dominici, & Sanctæ Catherine de Sena, & in reliquis hic expressis: excepto festo Beati Francisci, & Sancte Claræ, quibus respondeat festum Beati Dominici, & Beatæ Catharinae. Et sic gaudent Augustinienses hac facultate [ratione cōmunicationis] in suis festiuitatibus.

¶ Idem